

Flavigny Pa 8 (lat)

[...] ¹ mansus et pecul[i]are ^a seu merita eorum; praeter tantum **illa** et **illa** loca ad legitimis heredes servo. In reliquo vero ego iamdictus **ille** ^b quantum superius est inseritum vel conpraehensum, omnia et in omnibus, quicquid dici et nominare potest, ad suprascripto monasterio eiusque congregatione in alimento seu in stipendia seu substantia pauperum ad die praesente dono, cedo, trado, ligo adque transfundo, ut, quicquid de omnia supermemorata pars ipsius monasterii eiusque rectores facere elegerint, liberam et firmissimam in omnibus abeant potestatem libero arbitrio. Licit vero in cessionibus minime est necesse pena inserere, sed tamen pro rei totius firmitate ^c mihi conplacuit intimare: Si fuerit, quia nec fieri credo, aut ego ipse, quod absit, aut aliquis de erediibus aut proeredibus meis vel quislibet potens aut inferior vel emissa persona, qui contra praesente epistola donacione, quam ego plena et devota voluntate fieri et adfirmare rogavi, venire aut eam ^d infringere temptaverit, aut aliqua calumnia aut repeticione vel refragacione insurgere aut opponere conatus ^e fuerit aut praesumpserit inprimis tantum, quantum ipsas res eo tempore melioratas valuerunt, contra cui pulsatur seu partibus iamdicte monasterii componere et satisfacere adimpleatur, insuper unacum socio fisco aurum **tantum** coactus absolvat, et sua repetitio nullumquam tempore non obteneat effectum, et haec donatio omnique ^f tempore inlibata permaneat.

Stibulatione subnixa.

Actum in loco **illo** ^g

^apeculiare] für peculare P₃, so auch Zeu

^bille] ill P₃; ill. ediert Zeu

^cfirmitate] für firmitatis P₃

^deam] für tam P₃, so auch Zeu

^econatus] verbessert aus coactus P₃

^fomnique] für omni quam P₃

^gillo] ill P₃; ill. ediert Zeu

¹[fol. 151^r]